



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulding, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

Zelus Catholicvs Cornelivm Schvltingivm Admonet ad edenda &  
perficienda reliqua sua opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

ZELVS CATHOLICVS COR-  
NELIVM SCHVLTINGIVM AD-  
monet ad edenda & perficienda reli-  
qua sua opera.

**H**erculeis animum contende laboribus auctor,  
Insiste semitis, vt habemus, pijs.  
Nupera scripta vigent, operum tibi gratia crescens  
Illuceat, quos parturis fœtus novos,  
Maturato. TOMISIAM COMMENTARIA profer  
ECCLESIASTICA, hortor, opto, QVATVOR,  
DIVINI OFFICII sic constet vt omnibus ordo,  
Liturgici, Eucharistici, & precum.  
Perge per ambrosios diuinius ire labores:  
Vt ore, sic manu Dei hostes obrue,  
Caestique armate stylo confige Prophetam  
Gebennidem, Ditis loquacem oraculi.  
Sis ANIMADVERSOR, luctare, resiste, repugna  
CALVINIANIS INSTITVTIONIBVS.  
Vlterius vulgus scriptorum anteire labora,  
Et ade CONFVTATIONES ocys,  
EX CALVINICOLVM Synhodi, fœdisque oloacis  
POLITIAE, atque DISCIPLINAE gnauiter.  
Te penes hac sunt scripta manu, qua BELGICA nouit  
Qua GALLIA ipsa machinamenta inferum.  
Quas celare volunt, fictisque obtexere laruis,  
In publicum producis artes impias.

Non

Non orci galea aut Gygi anulus occultare  
(In fabulis quæ sunt) potest hæc crimina.  
Cæsaris annales versasti prope dextra  
BARONII iam CARDINALIS inclyti;  
Comexis studio ex illis SYNTAGMATA, prome  
ANTIQUITATVM ECCLESIASTICARVM  
opus.

Ad te quod lucrum, siue incrementa salutis  
Si publicum non accipit tam pulchrum opus?  
Si latet, & tanto est res condita vana, labore:  
Non semper in te est scripta, quod latent tua:  
Augentur sumptus, quibus impar, numina quaris  
Tuis laboribus patrocinantia.

Huc Mecanates ergo properate benigni,  
Fauore liberales & larga manu;  
Vt tam frugiferi digna mercede labores  
Ornemur, vt typos adepti prodeant:  
Nominibus vestris Phœbi quasi luce coruscent,  
Currant ad vmbilicum vti celerrimè.